

/ Sacrae Caesareae Maiestati Ferdinandi secundi, Imp. semper augusti Robertus Card. Bellarminus, salutem et gloriosam
de hostibus victoriam à Deo precatur.

Ago Deo gratias immortales, quod Sacra Vestra Maiestas dignata
5 sit me famulum suum per proprias literas, et per legatum suum Principem Albani amanter salutare. Ego vero cum nihil habeam, unde tantae benevolentiae respondere possim: non intermittam preces, et supplicationes ad omnipotentem Deum, quod hactenus feci, indesinenter offerre, ut sathanam, ejusque omnes ministros pedibus sacratissimis, et christianissimis Imperatoris cito subijciat. Et quidem
10 populus christianus flagellari à Domino sine dubitatione promeruit: tum ob alia crimina, tum quia negligentior fuit in eradicandis haeresibus, quae sanctissimae fidei ita prorsus contrariae sunt. Speramus tamen, brevi futurum, ut ira Dei precibus ecclesiae suae
15 tigaretur, et Maiestate vestra carnis vexillum praeferente, omnes adversariae potestates omnipotentis Domini dextera comprimantur. Romae die primo Junii 1620.

Sacrae Caesareae Maiestatis V.

humilis servitor

R. Card/lis Bellarminus

.

-Wien. Staatsarchiv. Röm. Hofkorr. 11. (d'après fotogr.)

-Epist. famil. CLXVI.